

„jungit, & ait : In benedictione quo-  
 „que Judæ hoc idem significatur . . . .  
 „Lavabit in vino stolam suam, & in  
 „sanguine uvæ amictum suum. Quan-  
 „do autem sanguis uvæ dicitur, quid  
 „aliud, quam vinum Calicis Domini  
 „sanguis ostenditur ? „ Denique ex si-  
 „militudine baptismatis sic S. Doctor  
 „prosequitur : „ Nec argumentis plu-  
 „rimis opus est, ut probemus, appella-  
 „tione aquæ, baptismi semper signifi-  
 „catum esse, & sic nos intelligere de-  
 „bere, cum Dominus adveniens bap-  
 „tismi, & Calicis manifestaverit veri-  
 „tatem, qui aquam illam fidelem præ-  
 „ceperit in baptismo dari, calicem ve-  
 „ro docuerit exemplo magisterii sui  
 „vini, & aquæ conjunctione misceri. „  
 III. probatur ex Scripturis novi Testa-  
 „menti, secundum eundem S. Marty-  
 „rem Cyprianum ; prout eum adducit,  
 „& ait Jueninus citato loco. „ Quod  
 „si, inquit, nec minima de mandatis  
 „Dominicis licet solvere ; quanto ma-  
 „gis tam magna, tam grandia, tam ad  
 „ipsum Dominicæ passionis, & nostræ  
 „redemptionis Sacramentum pertinen-  
 „tia, fas non est infringere, aut in aliud,  
 „quam quod divinitus institutum sit,  
 „humana traditione mutare. Nam si  
 „Jesus Christus Dominus, & Deus nos-  
 „ter ipse est Summus Sacerdos Dei  
 „Patris, & sacrificium Deo Patri ipse  
 „primus obtulit, & hoc fieri in sui com-  
 „memorationem præcepit ; utique ille  
 „Sacerdos vice Christi vere fungitur,  
 „qui id, quod Christus fecit, imitatur .  
 „Et sacrificium verum, & plenum tunc  
 „offert in Ecclesia Deo Patri, si sic in-  
 „cipiat offerre, secundum quod ipsum  
 „Christum, videat, obtulisse . Quibus  
 „verbis hæc addit Jueninus : „ S. Do-  
 „ctor confutat omnia argumenta, qui-  
 „bus meticulosi Sacerdotes, quos exa-  
 „gitat, suæ praxi quærebant præsidium.  
 „Contendebant se, cum vitæ periculo,  
 „non teneri vinum ad Eucharistiã ad-  
 „hibere. Ignaviæ vero tribuit illam ex-  
 „cusationem, aitque, periculoso esse  
 „fidelibus exemplo, sic ergo incipit, &  
 „a passione Christi in persecutionibus fra-  
 „ternitas retardari, dum in oblationibus  
 „discit, se sanguine ejus, & cruore con-  
 „fundi . Opponit, quas Christus, in  
 „Evangelio, ignaris minas intendat,  
 „Porro autem Dominus in Evangelio suo  
 „dicit, qui confusus me fuerit, confundet  
 „cum filius hominis . Definit, iis qui sic

„ agunt, periculum imminere perne-  
 „gandi fidem, si postea coram Tyran-  
 „nis evocentur . „ *Quomodo autem possi-  
 „mus propter Christum sanguinem funde-  
 „re, qui sanguinem Christi erubescimus  
 „bibere ?*

III. probatur ex Conciliis . Concilium  
 Cartaginense III. Habitum 397. cap.  
 24. *Ut in Sacramento, inquit, corporis  
 „ & sanguinis Domini nihil amplius offe-  
 „ratur, quam ipse Dominus tradidit, hoc  
 „ est, panis, & vinum aqua mixtum.* Con-  
 „cilium Trullanum celebratum 992.  
 can. 32. *Si quis ergo Episcopus, vel  
 „ Presbyter, non secundum ordinem ab  
 „ Apostolis traditum facit, & aquam vino  
 „ miscens, sic immaculatum offert sacrifi-  
 „cium, deponatur, ut imperfecte myste-  
 „rium enuntians, & quæ tradita sunt in-  
 „novans.* Concilium Bracharense IV.  
 anno 575. cap. 2. Concilium Aurelia-  
 nense IV. anno 541. can. 4. Concilium  
 Triburienfe anno 895. can. 19.

IV. probatur ex Patribus Græcis . Justi-  
 nus Apologia 2. *Precibus finitis, mu-  
 „ nus nos osculis salutamus. Deinde ei,  
 „ qui fratribus præest, offertur panis, &  
 „ poculum aquæ, & vini.* Iræneus lib. 4.  
 adversus hæres. cap. 33. alias 57. *Ac-  
 „cipiens Dominus panem, suum corpus  
 „ esse confitebatur, & temperamentum  
 „ Calicis suum sanguinem confirmavit.*  
 Chrysostomus in Liturgia, quæ illius  
 nominie inscribitur . *Deinde facit com-  
 „mixturem in Calicem, mittens vinum,  
 „ & aquam &c.*

V. probatur ex Patribus Latinis . Au-  
 gustinus hæres. 64. loquens de Hære-  
 tics, qui dicti sunt Aquarii hæc scri-  
 bit : *Aquarii ex hoc appellati sunt, quod  
 „ aquam offerunt in poculo Sacramenti,  
 „ non illud, quod omnis Ecclesia. Euche-  
 „rius Lugdunensis hom. 5. de Pascha. „  
 „ Quando benedicendæ verbis celesti-  
 „ bus creaturæ sacris Altaribus impo-  
 „ nuntur, antequam invocatione sum-  
 „ mi numinis consecrentur, substantia  
 „ illic est panis, & vini : post verba au-  
 „ tem Christi, Corpus, & Sanguis est  
 „ Christi. Quid mirum autem est, si ea,  
 „ quæ verbo creare potuit, possit crea-  
 „ ta convertere ? Imo jam minoris vi-  
 „ detur esse miraculi, si id, quod ex  
 „ nihilo agnoscitur condidisse, jam con-  
 „ ditum in melius valeat commutare. „  
 Eligius hom. 8. „ Et nos, qui vere  
 „ sub mysterio carnem, & Sanguinem  
 „ corporis ejus sumimus, per ea natu-  
 „ rali-*